

Alia.

R. Sem. Cinæ ʒj.
 Rad. Filicis, rad. Graminis, Diptami albi
 ana ʒ ij.
 Cornu cervi usti, Rhabarbari ana ʒ iv.
 Sacchari in aqua graminis diluti ʒ vj.
 Fiant tabulæ. *Augustani.*

DE TABULIS CONTRA PESTEM.

R. Fragment. Sapphyri, Hyacinthi, Smaragdi,
 Rubini, Granati, vel Unionum tantundem,
 Rad. Bitortæ, Angelicæ, Tormētille, Carlinæ,
 Foliorum Cardui benedicti ana ʒj.
 Rafuræ eboris, cornu cervi,
 Coralli rubri, Carabæ ana ʒ iv.
 Boli Armeni ʒ ij.
 Doronici, Zedoariæ,
 Caryophyllorum,
 Rad. Cyperi, Schœnanthi,
 Rosar. rubrarum ana ʒ ʒ.
 Folior. Melissæ, Ocymi,
 Croci ana gra. xv.

A Sacchari soluti in aqua rosarum q. s.
 Fiat electuarium tabulatum. *Dalechampius.*

Aliud.

R. Pulveris rosarum rubrarum ʒj.
 Corali rubri, Margaritarum,
 Cornu cervi, Spodi ana ʒ ij.
 Corticis citri sicci,
 Rad. Angelicæ,
 Macis ana ʒ ʒ.


B Sacchari soluti in aqua rosarum q. s.
 Fiant Tabellæ *Johan. Baubinus junior.*

Aliud.


R. Pulv. Rosarum rubearum,
 Boli præparati ana ʒ ij.
 Corali rubri, Margaritarum,
 Cornu cervi, Spodi ana ʒ ʒ.
 Rad. Angelicæ, Carlinæ,
 Macis ana ʒj.
 Croci ʒj.

C Foliorum Melissæ, Ocymi ana ʒ ʒ.
 Sacchari in aqua rosarum dissoluti q. s.
 Fiat Electuarium tabulatum: vel cum Tragacantha addito parvo Moscho, fiant Trochisci. *Idem.*

DE TROCHISCIS, Sectio XL.



A.
Alterant



DE TROCHISCIS
calidis.*Trochisci ligni Aloës.*

R. Ligni Aloës, Rosarum rub. ana ʒ ij.
Mastiche, Cinnamomi, Caryophyllorum,
Nardi Indicæ, Macis, Nucis moschata,
Cubebæ, Cardamomi minoris, majoris,
Pasinacæ, Gallie moschata,
Corticis Citriana ʒ j β.
Moschi, Ambra ana ʒ β.
Mellis passulati q. l.

Formentur trochisci. Siccentur in umbra, & ser-
ventur in charta, ceræ liquatæ intincta. Durat
annum unum. * Ventriculorum, cor. hepatis, im-
bellis roborant: ob id valent ad omnes febre-
tum, pullum cordis, & synopen, & hydropem. *Mesues.*

Trochisci de croco.

R. Croci ʒ ij.
Rosarum rubrarum, Ammi, Myrrhæ ana ʒ j β. C
Ligni aloës ʒ ij.
Aquæ rosacæ q. l.

Fiant trochisci. *Nicolaus.*

Crocomagma Damocratis.

R. Croci ʒ c.
Myrrhæ, Rosarum rub. ana ʒ l.
Amyli, Gummi Arabici ana ʒ xxx.
Vini q. l.

Fiant trochisci. *Galenus.*

*Pastillus calefaciens, ad vitia ven-
trii ex frigore.*

R. Absinthii, semin. Apii, Anisi, Cinnamomi,
Cassie odoratæ ana ʒ ij.
Myrrhæ, Spicæ Indicæ, Castorei ana ʒ j.
Piperis longi, Lachrymæ papaveris, Croci
ana ʒ ij.
Succi Feniculi q. l.

Fiant trochisci. *Andernacius.*

DE TROCHISCIS
frigidis.*Trochisci de Spodio.*

R. Rosarum rubrarum ʒ j β.
Spodii ʒ x.
Sem. Acetosæ ʒ vj.
Sem. Portulacæ, Coriandri preparati,
Sumach ana ʒ ij β.
Amyli usti, Balaustiorum, Berberis ana ʒ ij.
Gummi Arabici assati ʒ j β.
Agrestæ q. l.

Fiant trochisci. Servantur in annum. * In fe-
bris biliosis cum alvi fluore efficaces sunt: in-
flammationem ventriculi & hepatis, & sitim
continuum sedant. *Mesues.*

Trochisci Sandalorum.

R. Trium Sandalorum ana ʒ iix.
Spodii, sem. Cucumeris,
Sem. Cucurbitæ, sem. Citrulli,
Sem. Portulacæ, Boli Armeni ana ʒ iij.
Rosarum ʒ vj.

A Berberorum aut succi ejus ʒ iij.
Caphuræ ʒ β.
Aquæ Portulacæ q. l.

Formentur trochisci. Servantur in annum. * Ad
febrei ardentem, ventriculi & hepatis intem-
periem calidam, & sitim dantur lacte acido, aut
omphacio, aut succo acido citri, aut succo ribes.
Mesues.

Trochisci Sandalorum alii.

B R. Sandalorum citrinorum ʒ ij.
Gemmi Arabici, sem. Citrulli ana ʒ j.
Sem. Lactucæ, sem. Portulacæ, Tragacanthæ,
Succi Glycyrrhizæ ana ʒ β.
Fac trochiscos: utere, ut prius. *Mesues.*

Trochisci de Caphura.

R. Fol. ros. rub. ʒ β.
Spodii ʒ ij.
Sandalæ citrini ʒ ij β.
Croci ʒ j.
Glycyrrhizæ ʒ ij.
Sem. Citrulli, Melonis, Cucumeris,
Cucurbitæ, Tragacanthæ, Gummi Arabici,
Nardi Indicæ ana ʒ j.
Ligni Aloës, Cardamomi majoris,
Amyli, Caphuræ ana ʒ ij.
Sacchari albi, Mannæ ana ʒ iij.
Mucilag. sem. Psyllii, cū aqua ros. extractæ q. l.

Formentur trochisci. Durat annum. * Ad febre-
s ardentem, bilis & sanguinis fervorem, ventriculi
& hepatis intemperiem calidam, & ab his sitim
inexpectam, icterum quoque, ac phthisim & hec-
ticam conferunt. *Mesues.*

DE TROCHISCIS
astringentibus.*Trochisci de Terra sigillata.*

R. Sanguinis dracontis, Gummi Arabici assati,
Trochiscorum Ramich, Rosarum rub.
Sem. Rosar. Amyli assati, Acaciæ, Lapidis hæ-
matitis,
Hypocistidis, Balaustiorum, Boli Armeni,
Terræ sigillatæ, Coralli rub. Carabæ ana ʒ j.
Spodii, Margaritarum, Tragacanthæ,
Sem. Papaveris nigri ana ʒ j β.
Sem. Portulacæ, Cornu cervi usti,
Thuris, Gallarum, Croci ana ʒ ij.
Aquæ Plantag. q. l.

Qui volet cum opio, addat Opii ʒ ij.
Formentur trochisci. Servantur in charta, ceræ
liquatæ intincta, ad annos duos. * Sunt ad-
modum efficaces ad sputum sanguinis cum aqua plan-
taginis poti: ad fluorem verò sanguinis é naribus
fronti illiti, ad menses immodicos utero in-
jecti: vel pubi illiti: ad mictum sanguinis, in ve-
sicam injecti, & ad alias hæmorrhagias, parti san-
guine fluenti impositi. *Mesues.*

Trochisci de Carabe.

R. Carabæ ʒ ix.
Cornu cervi usti, Gummi Arabici assati,
Coralli rubri usti, Tragacanthæ,
Acaciæ, Hypocistidis,

Balaustiorum, Mastiches, Laccæ,
Papaveris nigri affati ana ʒ ij.
Thuris, Croci, Opii ana ʒ ij. G. xv.

Mucilaginis Pylitii q. l.
Formentur trochisci. Servantur in charta, ceræ
liquatæ intincta. Durant annos duos. * Utiles
sunt ad constringendum sanguinem undecunq;
suentem, menstrua, spumam, fluxum sanguineum,
& hæmorrhoidalem: & consolidant ulcera pe-
soris & pulmonis. *Mesues.*

Trochisci de Berberis.

R. Berberis ʒ ij.
Spodii, Lignialoes, seminis Acetosæ, Masti-
ches,
Calliæ moschatae, Nardi Indicæ ana ʒ j.
Gummi Arabici ʒ ij.
Rosarum rubrarum ʒ v.
Aque rosarum q. l.

Formentur trochisci. Siccantur in umbra. Ser-
vantur in papyro munda, ceræ liquatæ intincta,
per annum. * Valent ad intemperiem calidam,
fluorem alvi, & hepatis dolorem. *Mesues.*

Trochisci ad fluxum.

R. Balaustiorum,
Cort. glandiæ aceto maceratorij & tostorum,
Rhois, Baccarum Myrti, Hypocistidis ana ʒ ij.
Cymini Carmani,
Gallarum aceto maceratorum & tostarum,
Capicum Granatorum, fructus Tamaricis,
Macis, Xyloaloes, Galliæ aromatica,
Mastiches, Spicæ Indicæ ana ʒ j.
Sem. Oxalidis, Gummi, Boli Armeni,
Sem. Uvæ, Passerum tostorum ana ʒ j ʒ.
Sem. Cortandri aceto macerati & tolli ʒ ij.
Vini Pontici q. l.

Formentur trochisci ponderis ʒ j. quorum unus
datur cum syrupo cydoniorum, vel aliquo succo
styptico. *Mesues.*

*Trochisci alii ad idem cum exulcera-
tione intestinorum.*

R. Spodii ʒ vij.
Sem. Rosarum, Balaustii,
Rosarum, Acaciæ,
Sanguinis draconis ana ʒ ij ʒ.
Sem. Acetosæ ʒ j ʒ.
Oxyacanthæ, Carnis Rhu, sem. Plantaginis,
Sem. Portulacæ affati ana ʒ j. G. x.

Gummi affati ʒ j.
Fiant trochisci ponderis ʒ ʒ. * Dantur cum de-
cocto hordei excocti. *Idem.*

Trochisci de Coralio.

R. Coralli rubri, Cinnamomi, Myrrhæ,
Amomi, sem. Papaveris albi ana ʒ ʒ.
Schoranathi, Croci ana ʒ ij.
Calami aromatici, Xylobalami, Casiæ, Folii,
Mastiches, Phu, Poli montani, Afari,
Pedis columbini ana ʒ j. Vini q. l.

Formentur trochisci. * Sanguinolenta excrean-
tibus, dysentericis, cœliaci, cibum fastidientibus
mirè subveniunt. *Nicolaus.*

Diacorallu Galeni.

R. Coralli rubri, Terræ Sannæ ana ʒ j.
balaustiorum, Amyli,
Terræ Lemniæ ana ʒ ʒ.
Sem. Hyoscyami, Opii,
Hypocistidis ana ʒ ij.
Succi Plantaginis q. l.

Formentur trochisci. Siccantur in umbra & ser-
vantur in charta munda, ceræ liquatæ intincta,
ad annos duos. * Ad eadem efficax. *Galenus.*

Trochisci de Agno casto.

R. Agnicasti, Tamaricis ana ʒ v.
Sem. Endivæ, sem. Portulacæ ana ʒ ij ʒ.
Formentur trochisci cum aqua scolopendrii. No-
tuum est, ut possent tam in seminis profusio-
seu gonorrhœa, & aliis ejusmodi vitis commo-
de administrari. *Rhafi.*

Trochisci Diapheraton Galeni.

R. Sem. Apii,
Sem. Amios ana ʒ ʒ.
Sem. Anisi, sem. Fœniculi ana ʒ ij.
Opii, Cassiæ ana ʒ j.

Cum aqua pluviae formentur trochisci. * Dantur
ex pallio, aut aqua, ad omnes internos affectus
pleuriticis, & sanguinem rejectantibus conse-
runt, dolorem sedant.

*Trochisci ad Phthisim, & ulcera
pulmonis.*

R. Balaustiarum, Ros. siccarum ana ʒ ʒ.
Sanguinis drac. Medullæ tritici,
Okbani ana ʒ ij.
Gummi Arabici, Tragacanthi,
Mastiches ana ʒ ij.
Acaciæ, Croci ana ʒ ʒ.
Carabæ, Myrrhæ ana ʒ j.
Anarcinæ ʒ v.

Terantur & conficiantur cum miva cydoniorum,
deinde fiant trochisci aurij pendentes: exerce-
tur in umbra, & dentur in potu. *Avicenna.*

**DE TROCHISCIS
emollientibus.**

Trochisci de Cappariibus.

R. Cort. rad. Capparis, sem. Agni ana ʒ vj.
Sem. Nigellæ, Calamenti, succi Eupatorii,
Acori, Amygdalamar. foliorum Rutæ,
Aristolochiæ rotundæ, sem. Nasturtii,
Ammoniaci ana ʒ ij.
Cyperi, Ceterach ana ʒ j.

Ammoniacum dissoluto, & reliquis triturato:
deinde fiant trochisci. Servantur in annu, in char-
ta munda, ceræ liquatæ intincta. * Ad splenis du-
ritiem & flatum ejus dissipandos valent. *Mesues.*

**DE TROCHISCIS
aperientibus.**

Trochisci hepatici, Asclepiadis.

R. Anisi, sem. Apii, Afari, Amygdalarum, Ab-
sinthii ana ʒ ʒ.
Aque pluviae q. l.

Formentur

Formentur trochisci. * Hepaticos juvant: habent enim vim hepar expurgandi per urinas: dantur cum vino, febricitantibus cum aqua. *Galeni.*

Pastilli ex Amygdalis amaris.

R. Anisi, Apii, Alari, ebinatam Abinthii, Amygdal. amararum ana ʒ ij.

Aqua q. s.

Formentur pastilli. * Idem prestant. Dantur febricitantibus ex nullo febricitantibus cum hydromelre. *Pauli.*

Trochisci de Absinthio.

R. Rosarum, Absinthii, Anisi ana ʒ ij.

Rhabarbari, succi Eupatorii, Alari,

Sem. Apii, Amygdal. amararum,

Nardi Indici, Mastiches,

Foliis Sen Spica Romanæ ana ʒ j.

Succi Endivie q. l.

Formentur trochisci, in charta munda, cere liquata intincta, servandi per annum. * Obstructiones ventriculi & hepatis, & ab his dolorem & febres antiquas tollunt, dicitur partes, reliquasq; nutritivas roborant, ac appetentiam excitant. *Mesues.*

Trochisci de Rosis, Rhabis.

R. Rosarum rubrarum ʒ ʒ.

Ligni aloës ʒ ij.

Mastiches ʒ ij.

Absterchii, Cinnamomi,

Nardi Indici, Cassie,

Schoenanthi ana ʒ j.

Vini antiqui, & decoctionis quinq; radicis q. s.

Formentur trochisci. Durant annu unum. * Sunt efficaces ad multos affectus, praesertim ad ventriculi dolorem, malam coctionem, febres antiquas, hydropem incipientem, & illos maxime, quibus forma corrumpitur. *Mesues.*

Trochisci de Lacta.

R. Lactis, succi Glycyrrhizæ,

Succi Eupatorii, Abinthii,

Berberis, Rhabarbari,

Aristolochiae longæ,

Costi, Alari, Amygdal. amararum,

Rubiae, sem. Apii, sem. Anisi,

Schoenanthi ana ʒ j.

Vini q. s.

Formentur trochisci. Siccantur in umbra, & reponuntur in charta munda, cere liquata intincta. Durant annum unum. * Valent ad obstructiones hepatis & lienis, & inde natas febres varias antiquas, & ascitem, per urinas movent. *Mesues.*

Trochisci de Alkekengi.

R. Fructus Alkekengi ʒ ij.

Sem. Cucuruli, sem. Cucumeris,

Sem. Cucurbitæ ana ʒ ij ʒ.

Boli armeni, gummi Arabici,

Thuris, Sanguinis draconis,

Sem. Papaveris albi, Amygdal. amararum,

Succi Glycyrrhizæ, Tragacanthæ,

Amyli, Pinearum mundat. ana ʒ vj.

Sem. Apii, Carabæ, Terræ sigillatæ,

Sem. Hyoscyami, Opii ana ʒ ij.

Julepi violat. q. s.

Formentur trochisci. Durant annos duos. * Valent ad renum & vesicæ ulcera, & naturam inde dysuriam. *Mesues.*

Trochisci de Eupatorio.

R. Mannæ electæ, succi Eupatorii ana ʒ j.

R. Clarum rub. ʒ ʒ.

Nardi Indici ʒ ij.

Spodi ʒ ij ʒ.

Rhabarbari electi, Alari, Anisi ana ʒ ij ʒ.

Succi Eupatorii q. l.

Fiant trochisci. * Obstructionem & tumorem praeter naturam hepatis & lienis sanant, ac inde natas febres antiquas, & harum rigorem, icteru, ac incipientem hydropem. *Mesues.*

Trochisci Aliptæ moschata.

R. Ladani ʒ ij. Styracis ʒ j ʒ.

Styracis rubræ ʒ j.

Ligni aloës ʒ ij.

Ambra ʒ j.

Camphoræ ʒ j ʒ.

Molteni ʒ ʒ.

Aqua ros. q. s.

Formentur trochisci secundum artem. * Valent pueris laborantibus asthma, & his qui angustolunt thorace, nec lac haustum retinens, praestatq; usum optimi & odoriferi succi.

Trochisci de Benzoi.

R. Benzoi ʒ vj.

Ligni aloës ʒ iij.

Styracis calamitæ ʒ iij.

Molchi ʒ ʒ.

Ireos ʒ ij.

Sacchari candi ʒ ij.

Pulverizatis omnibus fiant trochisci cum aqua rosarum. Delicati sunt & sumptuosi, ad delicias maxime suo odore & commo dat, sulitu, & vaporazione grati. * Cor & cerebrum roborant. *Augustiani.*

Trochisci de Myrrha.

R. Myrrhae ʒ iij.

Lupinorum ʒ v.

Foliorum Rutæ, Mentastri,

Pulegii, Cumini, Rubiae,

Ale tæridæ, Sagapeni,

Opoponacis ana ʒ ij.

Dissoluntur gummi in aceto, formanturq; trochisci cum succo abinthii. Siccantur in umbra, & in charta munda, cere liquata intincta, servantur per annu. * Provocant mētu, & sedant dolores, qui ex recentibus fructibus proveniunt. *Rhazis.*

Trochisci de Aniso.

R. Anisi, succi Eupatorii ana ʒ ij.

Sem. Anethi, Nardi Indici,

Mastiches, solii, Fol. Abinthii, Alari, Apii,

Amygdalarum amararum ana ʒ ʒ.

Aloës ʒ ij.

Syrupi Abinthii q. s.

Formentur trochisci. Siccantur in umbra, Repor;

nuntur in chara munda, cere liquata intincta: A
& servantur in annum uauum. * Obstructiones
hepatis, & alios ejus morbos, & inde natas fe-
bres antiquas sanant. *Mesues.*

*Trochisci ex aniso alii, ex decem
simplicibus.*

R. Anisi, succi Eupatorii ana ʒ ʒ.
Mastiches, Spica Indica, Apii,
Abinthii Rom. Afari, Folii anisi ʒ ʒ.
Amygdalarum amararum ʒ ʒ.
Aloes bona ʒ ʒ.
Decocti Abinthii q. s.

Formentur trochisci. * Hepatis vitia, & inde na-
tas febres antiquas, & quartanas, & formam cor-
rumpentes sanare sunt a veterib. probati. *Mesues.*

**DE TROCHISCIS
abstergentibus.**

Trochisci Cypri.

R. Pulpa passularum,
Terebinthinae coctae ana ʒ ʒ.
Myrrhae, Schoenanthi ana ʒ ʒ.
Calami aromatici ʒ ʒ.
Cinnamomi ʒ ʒ.
Unguis odorati, Bdellii, Nardi Indicae,
Cassa lignea, Cyperi,
Baccarum Juniperi ana ʒ ʒ.
Aspalathi ʒ ʒ.
Croci ʒ ʒ.
Mellis q. s.
Vini modicum.

Formentur trochisci. * Valent ad pulmonum,
jecoris, aliarumq; internarum partium exulce-
rationes. *Damocrates.*

**DE TROCHISCIS
venena fugantibus.**

*Trochisci contra pestilentem
aërem.*

R. Mithridatii opr. ʒ ʒ.
Rad. Angelicae, Zedoariae,
Sp. diamarg. frig.
Cinnamomi el.
Sandal. citrini ana ʒ ʒ.
Myrrhae electae,
Boli Armeni præpar. ana ʒ ʒ.
Molchi gra. ʒ.
Sacchari Canari ʒ ʒ.
Cum Mucilage gummi Tragacanthæ infusi in
aqua Scabiola & pauculo succi Limonum vel
Citri. Fiant Trochisci vel Orbiculi Lupinis simi-
les: detineantur in ore præservationis loco tem-
pore pestifero. *Casparus Bauhinus.*

*Pastilli ad pestilentem aërem in
astate.*

R. Rosarum rubrarum, florum Violarum,
Flor. Nymphaeae ana ʒ ʒ.
Corticis Citri, sem. Citri ana ʒ ʒ.
Coriandri, Sandali rubri,
Spec. Diarhodon ana ʒ ʒ.

Boli Armeni ʒ ʒ.
Mucilaginis, Tragacanthæ cum aqua rosæ
troctæ q. s.

Formentur pastilli. *Andernacus.*

*Pastilli in frigido pestilentia tem-
pore idonei.*

R. Spec. Aromat. ros. item Diamargar. calidi
ana ʒ ʒ.

Boli Armeni ʒ ʒ.

Mucilaginis Tragacanthæ, cum aqua rosa-
rum extractæ q. s.

Formentur pastilli. *Andernacus.*

**DE TROCHISCIS
dolorem sedantibus.**

Trochisci diarrhodon Mesue.

R. Rosarum rubrarum ʒ ʒ.
Ligni aloes, Nardi Indicae ana ʒ ʒ.
Glycyrrhizæ ʒ ʒ.

C Spodi ʒ ʒ. Mastices ʒ ʒ.

Croci ʒ ʒ.

Vini albi q. s.

Fiant Trochisci. * Efficacissimi ad febres pituito-
sas, antiquatas, aliis implexas, ventriculi dolo-
rem leniendum, & humores ipsi adherentes de-
tergendos.

Trochisci diaspermaton.

R. Sem. Apissem. Ammi ana ʒ ʒ.

Anisi. Foeniculi ana ʒ ʒ.

D Opii, Cassia ana ʒ ʒ.

Aquæ pluviae q. s.

Formentur Trochisci. Durat annos duos. * Dan-
tur ex passo, aut aqua: sedant dolorem: ad omnes
interuos affectus, & pleuritides utiles sunt, &
sanguinem rejectantibus. *Galenus.*

Trochisci interstercientes glires & mures.

R. Farinae avenaceæ ʒ ʒ.

Artelenici citrini ʒ ʒ.

Axungia porcinae q. s.

E Mellis parum.

Mises, & fiant trochisci.

**DE TROCHISCIS
purgantibus bilem.**

Trochisci de Rhabarbaro.

R. Rhabarbari boni ʒ ʒ.

Succi Eupatorii, Amygdal. amararum ana ʒ ʒ.

Rosarum ʒ ʒ.

Nardi Indicae, Anisi, Rubia,

Sem. Apii, Abinthii, Afari ana ʒ ʒ.

Aquæ Cuscutæ q. s.

Fiant trochisci, ponderis drachmae unius cum di-
midia. Siccantur in umbra, & servantur in chara
munda, cere liquata intincta, per annum. * Va-
lent ad hepatis obstructionem, dolorem, tumo-
res præter naturam, affectus inveteratos ejus-
dem. *Mesues.*

Pastillus purgans bilem.

R. Mastiches Nucis pineæ,

Uvarum passiarum, detractis acinis ana G. v.

Gummi

Gummi G. vij.
Diagridii ʒ j.
Mellis quantum sufficit.
Formentur pastilli, qui una vice assumi possunt.
Andernaciu.

DE TROCHISCIS pituitam purgantibus.

Trochisci de Agarico.

R. Agarici ʒ iij.
Salis gemmæ ʒ β.
Zingiberis ʒ iij.
Oxymelitis quantum sufficit.

Agaricum ligma confringendum, & formandi trochisci. * Purgant ex cerebro & capite phlegma crassum cum cholera mixtum: & præcipue educunt ex pe&ore crassos humores putridos & viscosos. *Mesues.*

Agaricus trochiscatus.

R. Agarici electi ʒ iv.

Vini, in quo maceratum sit zingiber, quantum sufficit.

Agaricum limandum est, & formandi trochisci. Additur insuper gummi, aut tragacantha: & potest injici in omnes compositiones, in quas agaricum ingreditur: vires enim habet agarici, & tutius agit, minoreq; ventriculi noxa. *Mesues.*

Trochisci Albandal.

R. Pulvæ Colocynthidis ʒ x.

Minutum incilia fricentur cum olei Rosari ʒ j.
Tragacanthi, Gummi Arabici, Bdellii ana ʒ vj.
Macerentur quatuoriduum in aqua rosacea: his colatis & expressis, partem unam cum colocynthide permiscebis, & fiat massa: quæ siccata in Sole, rursus teretur, atq; addetur altera pars colaturæ, & formabuntur trochisci: qui injici possunt in omnes compositiones, quæ colocynthidem recipiunt, & ipsa colocynthide salubriores sunt. Dosis per se à G. vj. ad G. xij. *Mesues.*

Trochisci Hamech.

R. Violarum humidi & sicci mediarum aureos xij.

Turbith gummosi aur. vj.

Succi Glycyrrhizæ aur. iij.

Mannæ ʒ iij.

* Sedant inflammationē, ventrem leniant, thoracem purgant. Dantur aur. ij. cum saccharo, aut pulpa castiæ fistulæ. *Mesues.*

DE TROCHISCIS purgantibus humores mixtos.

Trochisci de Violis, magistrates.

R. Violarum nigrarum ʒ vj.

Turbith ʒ iij.

Succi Glycyrrhizæ,

Diagridii ana ʒ ij.

Formentur trochisci. * Aquas pituitam crassam & bilem purgant, statusq; dissipant.

A DE TROCHISCIS compositiones aliorum medicamentorum ingredientibus.

Trochisci de Vipera.

R. Viperas N. xx.

Sumendæ sunt autem, non quæ quovis tempore captae sunt, sed à medio potissimum Aprile, in finem usq; Maji, aut paulo tardius: locisque procul à mari distitis. Eligendæ sunt scemina, quæque colore subflavo sint, non prægnantes: quum caput latius habeant, & depressum: collum longius, graciliusq; quam mares: ventre vastiores, canda minore, quæ non involuta est, sed potius contorta & distenta: incesu quæri proximo, quæ tamen postremas partes in incesu magis moveant: aspectu ferino & in verecundo, oculis subrubentibus, & recens captae. Capita primum &

C caudas amputabis, quatuor digitorum longitudine utriusq; his amputatis, considerandum est, si motum quandam in ipsis residuum conspicias, sanguine mo; multum fundent: nam hæc ceu præstantissimæ sumendæ sunt: deinde pelle detracta, interanea cum adipe abjicienda erunt: reliquum corpus in ollam novam bene coctam immittendum, & coquendum in aqua fontana: addidit anethi comis, & sub finem pauillo salis, (ignis autem esto carbonibus accensis, aut samentis vitium) donec carnes à spinis separentur. Cum coctæ fuerint, ollæ ab igne depones, & carnes diligenter à spinis exemptas, per se contundes, nulla jusculi addita parte: & addito pulvere panis biscocti maxime puri, quantum pastillis formandis sufficiat, quæ erit secundum Galenum tertia aut quarta pars, admisceo. Formabis in pastillos ponderis duarum drachmarum, & sicabis in superiori ædiu parte, in cella ad meridiem conversa, à pulvere diligenter mundata. Sepè autem convertendi sunt, per quindecim dies, aut eò amplius, donec probe exiccati fuerint: deinde in pyxidem vitream, aut figulinam vitratam bene obturatum reponendi. Annum unum integri perseverat: quanquam longè melius sit, haud multo post, quam ipsos conseceris, theriacam conficere. Qui autem diutius conservare volet, subinde abstergeri sunt à pulvisculo quodam, qui illis obnasci consuevit: qui si diutius inbreat, pastillos perforabit. Hoc itaq; modo conservari possunt integri ad tertium annum. *Galenus.*

De Trochiscis viperinis, ex correctione Bartholomæi Merantæ.

Ante paucos annos nondum cognoscebatur vipera, & propterea majores nostri Medicos barbaros sequuti, pro illa sumebant Tormentillam, & Dictamnium, quorum alterum redigebant in pastillos: sed nostro tempore adeò innotuerunt, ut etiam ab omni circulatorum colligi possint. Ideoq; non ero longior in enarrandis notis, quibus cognoscitur: idque eò etiam magis, quod

Matthiolus in suis commentariis supra Dioscoridem, certis omnino notis eam descriperit. Quare tantum addam, quo pacto eligi debent laudabiles & idoneæ pro Theriaca paranda. Debent itaque viperæ non quovis anni tempore capi, multo minus in media ætate, quemadmodum nonnulli faciunt. Nam Theriaca ex ejusmodi viperis confecta, illis, qui eam assumant, magnam sitim affert. Neque etiam statim, postquam ex ipsarum caveris (in quibus toto tempore frigidiore se abscondunt, & quasi stupidae vix se movent) rursum prosperere solent. Nam quando intra terram latent, retinent intra se quandam venenatâ, & perniciiosam qualitatem, quæ postea aliis temporibus solet exhalare, & præterea tamen sicciore, & frigidiore sunt, & magis extenuatæ, quàm alio ullo tempore. Quare ante illis permittendum est, ut aliquantisper in liberiore aère obambulent, & vescantur cibo illis cõsueto, ut sint nonnullæ herbæ, & inter alia an' malcula, Cantharides, Buprestes, & Eruca pini. Et præ aliis omnibus Galenus in lib. de usu Theriacæ ad Pampophilium tradit, meliores esse recenter captas, & non diu inclusas. Nam hæc ut famelicæ sunt venenosiores: quod facile etiam conicitur à morsu hominis jejuni: aliæ verò latere adveniunt ex campis. Legitimum igitur & magis conveniens erit capturæ tempus circa finem Veris, ne tamen attingant initium æstatis, nisi Veris constitutio magna ex parte fuerit frigida, & hyemi similis. Viperæ præterea gravidæ tanquam inutiles sunt abjiciendæ. Color earum debet habere nescio quid de luteo aspersum, & sint agiles, & promptæ ad movendum, & potissimæ de universo corpore sæpe caput extollant, oculi sint rubedine tincti, inter serpendum obliqua, torva, & elata. Præterea caput debet esse latum, venter rotundus, & prominens: & totum corpus sinuosum: locisq; unde emittit excrementa, sit prope extremam caudam, quæ etiam non sit in gyru circumvoluta, sed nonnihil contorta. Et si haberi poterit ut femina omnes, melius erit, quàm mares accipere. Dignoscitur autem à maribus ex ingressu earum magis firmo, & quieto, & in dentibus quoque caninis, quorum mas tantum duos, femina autem, ut scribit Nicander, plures habet. Critonis fuit sententia (quemadmodum Galenus refert in libro de usu Theriacæ) vipersas esse capiendas aut in fine Veris, aut in autumno, & eas quidem, quæ essent corpulentiores, & grandiores. Cum igitur vipersas ejusmodi, quales jam descripsimus, habuerimus, primum ad quatuor digitos, & non plures, caput & cauda amputetur, idque si grandiores fuerint. Nam minoribus minus quoque est auferendum. Quæ partes propterea abjiciuntur: quia paucam habent carnem, eamque duram, & quod sint reliquis venenosiores. Animadvertendum quoque est, eas esse validiores, quæ postquam caput & cauda resecata sint, per aliquod tempus sese adhuc moveant, & satis multum sanguinis emittant, cumque non statim effluere sinant:

A ideoque istæ, quæ statim moriuntur, neque se movent quicquam, nullius sunt momenti. Post istam amputationem, interiora viscera sunt auferenda, & reliquum corporis diligenter à pelle se arandum, quemadmodum etiam omnis pinguedo: & posteaquam diligenter bis, tæve ex aqua semper recenti mundatæ fuerint, imponantur in ollam fictilem, aut ahenum putillum, cum sufficiente parte aquæ fontanae, & ad ignem ex carbonibus paratum, aut aliam expertem B sumi: (sunt qui sarmenta vitium hic maxime probent.) Injicito quoque in vas parum salis recentis, additis aliquot frondibus anethi viridibus, quod commodè eo tempore repenti solet. Ubi etiam est observandum, si viperæ in æstatis initio sint captæ, tum nihil salis esse imponendum, alioqui Theriaca sitim excitabit: sicuti etiam illa, ad quam assumptæ sunt viperæ collectæ in locis maritimis, & siccis: aut in paludibus aquæ salis. Quod si forte fortuna inter ebulliendum aqua efflueret, statim aliquid frigide C est aspergendum: tandiu quoque coqui debent, donec facile caro de spinis separari possit, si edendo esse solerent, diligenterq; cavendum, ne intra carnem aliquid de spinis remaneat: idque si fieret, omni studio est auferendum, quanquam si viperæ ita ut optime coctæ fuerint, non facile hic error committatur. Propterea laborandum est, ut universæ viperæ sint grandes: quod si fieri semper nequeat, coctio debet fieri per gradus, primum ex olla sumendo juniores. Nam sic per longiorem coctionem grandiores sicut magis friabiles, & cito facile à spinis decident. Nam hæc cum plane similes sint carni, vix ab ea possunt discerni: quanquam postea in siccis pastillis facile appareant. Atque omnia hæc secundum commemoratum modum primum vidi observari ab Imperato, qui solebat idoneo instrumento sæpius juvenes vipersas inspicere, & statim cum coctæ essent, ex olla extrahere: hocque si observetur, universæ spinæ adharent sceletis, & trunco majori medullæ spinalis, nihilque ex ipsis carni admisceatur. Observavi autem, ex vipera quantumvis magna non plus carnis, quàm pondere duarum drachmarum colligi posse: & si illius affuerit copia major, suspitio est illam aliquid in se spinarum adhuc continere. Hæc coctio ita rite facta, tanti momenti est, ut in ea omnis consistat aut bonitas, aut imperfectio Antidoti. His eo modo peractis, postea caro collecta diligenter in mortario contunditur, addito parum panis bene cocti, & sarmentati, ex recenti & purissima farina facti, cujus certa mensura definiti nequit: quanquam aliqui accipiant æqualem quantitatem etiam ipsa carne: nonnulli minus, nimirum tantum dimidiam: alii tertiam solummodo partem. Sic Galenus interdum etiam ponebat quartam partem, & alibi quintam: prout animadvertetbat illius satis esse ad carnem contundendam. Quam etiam mensuram Bononienses usurpare soliti sunt, quemadmodum p. m. Lucas Ghinus olim præceptor meus mihi significavit.

principio: cum viperini fuerint preparati in fine Veris. Quoniam multum refert, ad Theriacam jam paratam adhibere tempus calidius, ut per quadraginta dies quotidie misceri & agitari possit. At si ita agamus, Scillitici hac ratione inveterascent, atque insuper pharmacopola nimis erit incertus, an ita per longa intervalla in Theriaca paranda versari, donec hoc atque illud fuerit in promptu, velit, cum aliqui satis moræ obijciunt, dum colligantur ex tam diversis, & remotis locis tot simplicia. **Q**uid igitur est statuendum? Censeo optimum esse, ut primum pastilli viperini stato tempore fiant, id est, in fine Veris. Nec nos impedire debet, quod tam diu asservandi sint, donec fiant & exsiccentur quoque Scillitici. Nam tamen Galen. cap. 7. lib. 1. de Antidotis dicit: quod multo melius sit conficere Theriacam paulo postea quam parati sint viperini trochisci, propter causam jam indicatam: nihil tamen minus ipsemet in eodem loco adfirmat, eos posse sine corruptione evidenti per integrum quoque annum asservari: imò si fuerint bene siccati, & diligenter sepositi, solent etiam in quartum annum durare, quare in tam brevi tempore, quod intercedit inter finem Veris, & medium, vel finem æstatis, corrumpi nequeunt. Hoc tamen observandum est, ut quamprimum fieri possit, habeamus Scillam, hoc est, statim postea quam caulibus & foliis exaruerint, quod Antidotus in una astate absolvi possit, nec calidiore tempore carere cogatur, quod diximus necessario requiri, idque a Dioscoridis ad fermentationem totius massæ: & quanquam tum principium autumni subsequatur, parum hoc refert, cum notum sit omnibus, initium autumni æque atque finem æstatis esse calidum. Nec multum refert etiam, quod Aëtius dicit, pastillos Scilliticos primo loco fieri de bere. Nam hoc non aliam ob causam voluit observari, nisi propter accuratam exsiccationem. Quoniam plus temporis in his exsiccat, quam viperinis requiritur. Et apparet Aëtium idem hoc tradere, ut scilicet satis temporis super sit, ut interea dum Scillitici primum facti exsiccentur eodem tempore ad Antidoti præparationem viperini quoque haberi possent. Atque ita omnis dubitandi occasio, quemadmodum unicuique hæc consideranti patebit, facile admetur. Ut igitur ad rem revertamur, Scillam bene succi plenam tertiam erues, quando folia & caulibus erunt omnino arida, idque exquisitè, tum quando illa jam volueris, sitque mediocriter grandis, à qua auferatur exterior cortex, & omne lignosum & aridum postea fermento recentis, quod etiam maturum fuerit, factis, totum inungis, non creta aliqua, quemadmodum nonnulli facere conueverunt. Nam primum hæc est sordida, deinde ad se nescio quid boni ex ipsa massa trahit, & citò coquitur. Sic itaque cooperta optimè in cineribus calidis recondatur, & supra eos imponantur carbones accensi, & non prius inde auferatur, quam appuerit etiam totam massam esse bene coctam, & assatam, instar crustæ. Quod tamè idem fieri potest

A in furno, in quem panes sunt impositi, si in olla bene cooperta imponantur: & ubi pasta fuerit sicca, rursum eximatur. Quod si non satis esse coctam existimaverimus, rursum eadè Scilla pasta obducatur, & eodem modo coqui debet. Nā que imperfectè ita fuerit cocta, non sine periculo gravi membrorum interiorum exhiberi potest, quemadmodum Dioscorides quoque monet. Cognoscitur autem, quod rectè sit cocta, si pungendo eam cum festuca aliqua, illa facile penetrat: aut comprimendo duobus digitis sine difficultate aliqua dissolvatur. Tradit autem Dioscorides alterum quoque modum coquendi. Nam ejus frusta jubet ebulliri, & toties aqua illius mutari, donec in Scilla nihil amaritudinis aut acrimoniae relinquatur, accipiendo solum partes interiores, & auferendo tunicas exteriores usque ad vivum, & abijciendo satis multum de primis corticibus. Hæc Scilla ita diligenter cocta, bene in pila tundatur, & deinde adiuuatur farina ervi albilissimi (quoniam minus abicans, nimis est amarum) quæ per cribrum angustissimum transierit, ea quantitas, ut ad tres partes Scillæ sumatur duæ ervi, quemadmodum quoque Andromachus tradit. Hoc Galen. de Antidot. scribit, cui plus fidei adhibendum, quam lib. de Theriaca ad Pisonem: in quo duplum ervi sumitur: cum ibi in aliis multis rebus quædam retractet, de quibus aliter in lib. de Pisonem sentit. Sed hoc experientia quoque melius potest deprehendi. Nam Aëtius de Theriaca secundum Galeni sententiã differens, atque conjungens simul quoque cum eo Andromachum, vult etiam ad tres Scillæ esse accipiendas duas farinae ervi partes: & postea addit, quod interdum æquale pondus utriusque sumatur. Atque eam quidem differentiam inde ortam, quod interdum Scilla humidior, vel siccor, quam ut in Trochiscis redigi queat, atque ideo opus esse plus aut minus farinae ervi admiscere. Attamen si cum duabus partibus solum parari semper potuerit, procul dubio minus errabimus. Nam ita fiet, ut Scilla sit istius qualitatis, & ea arte cocta, quemadmodum esse decet. Quæ si erit ejusmodi, non opus erit super vacaneam humiditatem ipsius cum majore quantitate ervi corrigi: & hanc credo fuisse causam, quod Galen. sentit in lib. de Antidotis, quam in lib. de Theriaca ad Pisonem. De hac igitur massa bene contusa & commixta sunt rotule exiguæ, & inter formandū digitis unguendi sunt oleo rosaceo, sicuti docet Aëtius: quanquam aliqui hoc omittant. Postea in illis exsiccat, & reponendæ, quæ diximus de Trochiscis viperæ, omnia sunt observanda. Mesuræ quoque monet, Scillam quæ planè sola absque altera in agro reperitur, abipiciendam tanquam venenosam admodum: & Scillam accipiendam esse, quæ plures habet has vicinas: quæ admonitio propter majorem securitatem non est negligenda.

Trochisci Ramich.

℞. Succ. Acetose ʒ xvj.

Rosarum

Rosarum ʒ j.
Baccarum Myrti ʒ ij.
Boli paxillum.
Colentur, & colaturæ adijunge
Gallarum tritarum ʒ ij.
Coque aliquantulum. Cola, & adde insuper sub-
sequentiâ benè triturata:

Rosarum ʒ j.
Sandali Citrini ʒ x.
Gummi Arabici ʒ j ʒ.
Sumach-Spodii ana ʒ j.
Omphaci seu agrestæ ʒ vij.
Baccarum Myrti tritarum ʒ iv.
Ligni aloës,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis moschate ana ʒ iv.

Misce omnia, & siccantur in scutella figulina, & tere minutim, & fiant trochisci cum ʒ j ʒ. de cap-
phura & aqua rosea q.s. Succi acetosæ loco
sumi potest vinum e cidoniis acerbis: sunt qui
aromatizent Gr. xix. molchi. Siccantur in um-
bra, & reponuntur in charta munda, cere liqua-
tæ intincta. Durant in annum. * Ventriculum,
cor, hepar, imbecilla firmanz, & lubrica viscera ac
intestina, cholera morbum sistunt, acrimoniâ
obundant, animum reddunt tranquillum, om-
nem hæmorrhagiam cohibent, ob quam na-
ribus sanguine fluentibus stando impelluntur:
aliis medicamentis miscentur. *Mesius.*

Trochisci Hedychoi, Andromachi.

R. Mari, Alari, Majoranæ,
Aspalathi ana ʒ ij.
Scheenanthi,
Calami odorati,
Phu. Xyloballami,
Opobalsami, Cinnamomi,
Costi ana ʒ ij.
Myrrhæ, Foliu,
Nardi Indicæ,
Croci,
Cassæ ana ʒ vj.
Amomi ʒ xij.
Masticis ʒ j.
Vini quantum sufficit.

Fiant trochisci, inunctis prius manibus opobal-
samo: deinde siccantur, & in charta cere liquatæ
intincta. servantur in annum. ex Galeno.

*Trochisci Hedychoi, ex correctione Bar-
tholomæi Marantæ.*

1. R. Ligni aspalathi veri, nuper in collegio
Patafino reperti, aut Ligni aloës Rhodii.
2. Radicum asari recentium, & benè compa-
ctarum.
3. Mari, id est, majoranæ nobilis, id est, suæ ci-
mæ cum floribus, & seminibus ana ʒ ij.
4. Calami odorati, id est, radicem. Ejus loco
Agalochum cum tertia ejus insuper parte:
aut vulgaris Calamus odoratus.
5. Junci odorati, id est, cimæ odoratæ, & re-
centes.

- A 6. Rad. Costi veri: aut suo loco Rad. Zedoariæ
recentis, non exetæ, & opt. odore præditæ.
 7. Rad. Phu. solidarum, non exetarum, & odo-
ris absolutarum.
 8. Cinnamomi: vel ipsius loco duplum cassiæ,
quæ sit cortice crasso, & fistula prædita sub-
tili, optimi odoris, & saporis.
 9. Opobalsami. Loco ipsius Oleum nucis mo-
schate per expressionem facti.
 10. Xyloballami. Ejus loco Agalochi ana ʒ ij.
 - B 11. Foliu, vel ipsius loco, radicem & stipitem
Nardi Celtici, aut radicis Phu, aut spicæ
Nardi cum tertia insuper ejus parte.
 12. Nardi Indici, id est, radicem: quæ esse debent
odoratæ, recentes, & de illarum nume-
ro, quæ in se adhuc retinent terram odo-
rifera.
 13. Cassiæ cum signis in Theriaca commemo-
ratis.
 14. Myrrhæ, id est, lachrymæ recentis, pinguis,
& succulentæ cum parte venarum candi-
darum instar unguentum.
 15. Croci recentis, colorati, longi, integri, non
fragilis, neq; humidus, nec mucidi, vel exes-
satis, saporis acuti, & odoris validi ana ʒ vj.
 16. Amomi. Ipsius loco Acorum, id est, radicis
galangæ majoris, recentis, acuti saporis, &
boni odoris ʒ xij.
 17. Masticis candidissimi, pleni, puri, si agilis,
siccis, odorati, stridentis ʒ j.
- D Fac pastillos, cum vino optimo exicca.

Trochisci galliæ Moschate.

R. Ligni aloës ʒ v.
Ambra ʒ ij.
Moichi ʒ j.
Mucilaginis, Tragacanthæ, cum aqua ros. ex-
tractæ quantum sufficit.
Fiant trochisci parvi. * Cerebrum, corq; robo-
rant, oris, atque adeo corporis totius odorem
commendant: compositionibus aliis miscantur.
E *Mesius.*

Trochisci diarrhæodori, Nicolai.

R. Rosarum recentium ʒ ʒ.
Spodii ʒ j.
Sandali rubri ʒ j ʒ. G. vij.
Sandali albi ʒ j. G. xij.
Croci ʒ ij. G. vj.
Caphuræ G. xij.
Fiunt in hunc modum. Rosas recentes in morta-
rio contunde: lapideo, sine intermissione, & re-
liqua in pulverem redacta adde. ac cum aqua
ros. q. s. formabis: sub sinem caphuram addito:
siccæ in umbra, & serva. * Hæc compositio admi-
nistratur in magnis compositionibus. *Nicolaus.*

Trochisci Dianæ.

R. Violarum purpurearum viridium ʒ v.
Amyli ʒ ij.
Papaveris albi ʒ ij. ʒ j.
Sem. Plantag. ʒ j.
Rhabarbari ʒ v.
Opobalsami seu olei Caryophyllorum ʒ j.

Aquæ ros quantum sufficit.
Formetur trochisci. Non preparantur, nisi quando ingredientur cõpositiones magnas. *Nicolaus.*

DE TROCHISCIS EX-
trinfecus applicandis.

Pastillus Andronius.

R. Florum Mau punici ʒ x.
Gallæ omphacitidis ʒ iix.
Myrrhæ, Aristolochiæ ana ʒ ʒ ss.
Chalcanthi, Aluminis scissilis,
Misy ana ʒ ij.
Sapæ quantum sufficit.

Formentur trochisci. * Faciunt ad recentia vuln-
nera & vetera: curant fistulas, aures suppuran-
tes, ossa corrupta: reprimunt omnes carnis ex-
crementias: valent ad phagedænas & condylo-
mata. *Andromachus.*

Trochisci de Minio.

R. Medullæ panis non cocti, bene fermenta-
ti ʒ ss.
Sublimari electi ʒ j.
Minii ʒ ss.
Aquæ ros. q. l.

Formentur trochisci, qui in clibano tepente re-
ficcati ferventur. * Omnes carnis pravas excre-
scencias liquat, fordida ulcera expurgat, callo-
sa emollic, ac fistulas mirabiliter sanat. *Johannes*
de Vigo.

A *Pastilli Polyida.*

R. Florum Mali punici ʒ xij.
Aluminis scissilis ʒ iij.
Thuris,
Myrrhæ ana ʒ ss.
Chalcanthi ʒ ij.
Fellis taurini ʒ vj.
Aloës ʒ iix.
Vini austeri quantum sufficit.

B Formentur pastilli. * Ad nomas, & eadem ferè,
quæ Andronii. *Andromachus.*

Trochisci Mesua.

R. Aluminis scissilis, Aloës,
Myrrhæ, Chalcanthi ana ʒ vj.
Croci, Crocomagmatis ana ʒ iij.
Flor. Malorum granatorû domesticorû ʒ iv.
Vini odorati,
Mellis ana quantum sufficit.

C Formentur pastilli. * Pastillus multiplicis usus
pus educens, & relaxans.

Placenta contra Pestem.

R. Arsenici albi crystallini ʒ iij.
Arsenic rubri ʒ ij.

Cum ovi albo, vel mucilage traganthi fiat
placenta rotunda crassitudine digiti. Inluatur
linteolo lineo, superaddi tosetico, & ad-
moveatur cordi. *Jacobus*
Carpenfis.

DE COLLYRIIS, sive SIEF,
Sectio XLI.

COLLYRIA sunt
medicamenta o-
culis dicta, ho-
rum arida, Sief à
Barbaris dicta,
trochiscorum for-
ma parantur. Por-
rò Collyriorum
alia

